



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani è Societate Iesv Philosophvs Christianvs

Scribanius, Carolus

Neobvrgi. Ad Danubium, 1618

Cap. VII. Scientia. Eam, solam nomen mereri, qua c[a]elo praeluditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46524)

tritis iam antè insiste vestigiis, & securus delige, quæ non sine periculo negligere potes. Prudens damna cum potest vitat, fatuus se iis innectit. Tu tutiora securus sequere. Torte iam olim omnium ætatum exempla in vtramque fortunam docent. Non potes ignorantiam prætexere in tam prostrata via. sequere, donandus præmio pari.

C A P V T VII.

SCIENTIA. Cognosces hic 1. quæ vera, quæ solida sit. quæ non possessorem, non auditorem, non spectatorem lectorémve fallit. 2. quæ fatua apud plerosque sudent lampades, solo merito cælo lucendæ, soli salutis accendendæ. 3. quæ inanis omnis per litteras, membranasque veteresque codices cogitatio sit. 4. prudentiam illorum qui cælo studia reponunt, Deo dies, Deo noctes sacrant. Virtuti que serij

serij inuigilant, qua vna non moriturum nomen paratur. Reliqua aut senescientium iniuria temporum, aut inimica manus, aut vt quam longissimè protendantur, dies ille vltimus elementorū dissidio prout notandus, vt mensarum analecta, vt solearum puluerem, euerret.

Quò mihi eruditi obreni morituro? quò fama litteris comparata? quò pulueri & cineri hac laudum scabie? quò pruritus & titillatio oris & calami alieni? ò inanes cogitationes nostras! impallefcimus chartis, & posteritati valetudinem sacramus. Emedulamur ad nocturnas lampades, & per insomniam nomen venamur. & pro gloria risum, latumque pro laude cachinnum referimus. Ita dum vitam in alieno sectamur ingenio, sannas satyrasque reportamus alienas; dum alienæ manus aucupamur gloriam, inglorij viuimus.

mus, melius silentio & in tenebris
aut densa nube morituri, quam in
cuiuscunque liberioribus denti-
bus, & mulique moribus victuri.

Iam quotus quisque est ad quem
tot nobis syderibus solibusque lu-
data vel de nomine manant? con-
cedamus lectores. Quanti è milli-
bus intelligunt? & inter hosce
quam difformia iudicia? vnus lau-
dat? vituperant decem. Audeo,
probat vnus? damnant centum.
nec quisquam ferè est adeò amicus
qui non multa ad incudem reuo-
cet. Nemo tam constans pertinax-
que admirator, qui non aut plures
lucernas, aut circummorfos mo-
rosiore calamo, doctiore dente
desideret, vngues. Hic corpus &
vniuersa damnat membra. Ille
multa licet probet, damnat pluri-
ma. Alius plus sanguinis boni,
plus casti ruboris plus succi melio-
ris, plus etiam natiui aut ascititiij
coloris, plus neruorum & virium,
plus singulatim aut vniuersim ro-
boris

boris desideret. Est qui delectetur macie, gaudeatque si virginem suam dictio praeferat; alter torosam & matronalem habitudinem vberis suo diuitem laudat. Huic nisi Asiam totam, illi nisi Africam, qualem Tertulliana viderunt scacula, dederis; frustra sudaueris. alteri quidquid extra Lacones est, nimis molle est, & foeminam suam loquitur: alius, nisi fluas instar Nili, arefcere credet omnem venam. sunt quos solus expleat Tullius, praefers eiusdem cui Cæsarem; nimis leniter fluis. Intonas Sallustium; non placent hi torrentes per confragosa minitantes, lectoremque suum terroribus implentes. Plinius das, Tacitum, Liuium, Florum, aut Stoicum Senecam; sauior frons est, & Catoniana hæc area duriore sarculo proicissa virum suum plusculum sapit. nimirum, non sunt implenda pectora tam audacibus dictis factisque nam vt res placeant, fit tamen
vt

vt vel puerorum more, nisi medi-
 camenta saccaro oblinias, res pua
 salutaria, vel e muliebri ingenio
 plus placeat leta vallis, & toto (par
 fa ludibundo xquore, quam an
 montes aut nemora in quemcunq
 que masculum oculorum prospice
 dum surgentia, Quid agam? nul
 lius ante trita pede sequor vestig
 gia? audio nouus. & vnde huic pa
 tricius sanguis pedibus qui vene
 rat albis? sin addo,

*Nullius addictus iurare in verba
 magistri.*

Rideor hospes.

Deligam e tot millibus aliquo
 ad cuius regulam calamum hunc
 flectam? in clamant, Ciceronis aut
 Sallustij catulus: nihil hic de suo
 de alieno agro Moabitis spicas col
 ligit. sin pergo, & totum Cicero
 nem depluo. verborum aiunt plu
 rimū, rei nihil rident que scemine
 am stolam & pallam late fluentem
 puluerem que cinerem que legen
 tem, & cuiuscunque cœnaculi ana
 lecta v
 lilio,
 capillu
 vicina
 nis ino
 quam t
 um spa
 enim h
 nisse, st
 sa man
 genis,
 aratro c
 vulner
 se regn
 esse qu
 in part
 sensum
 nimum
 facere
 quam r
 adferre
 borum
 rei plu
 riodus
 nec illa
 lia leui
 lecta

lecta verrentem; hyacintho licet,
lilio, violaque sua floreat: rident
capillum fusè sparsum, corpusque
vicinaq; integentem, variis quam-
nis inoculationibus gemmeis tan-
quam stellis per firmamentum su-
um sparsis, discriminatum. neque
enim his Romanū Imperium cre-
nisse, stetit. sub virili iago, callo-
sa manu & pectore, puluerulentis
genis, armata de ligonibus, falce,
aratro dextera, sub pugno, liuore,
vulnere, sanguine, nata succreuis-
ere regna. monetam illam optimam
esse que pretij plurimum habeat
in parua mole, ita & dictionē que
sensum plurimum, verborum mi-
nimum. virique semper fuisse plus
facere, quam dicere, fortiusque
quam molliùs loqui: dictionemq;
adferre rebus grauidā, in qua ver-
borum minimum, sententiarum &
rei plurimum, & cuius nulla pe-
riodus auro aut gemma sua careat:
nec illam que in summo natet, qua-
li lenium metallorū sunt, sed que
altiùs

altiùs fodienti thesauros ostendet
 nam fusam illam dictionem, ro-
 tundam, teretem, calamistris cir-
 cumsecus inustam, sandaliis ma-
 gnitudinem mentientem, versif-
 coloribus pictam, ad tibiam & ci-
 tharam, ad speculum & capsulam
 factam, fœmineæ frontis & oris ef-
 se. virum tubis & tympanis dele-
 ctari: nec villam gratiorem illi mu-
 sicam quàm quæ ab armorum fra-
 gore venit, ab armata collisâque
 mutuo dextera: talis ferè virtutis
 sermocinatio est, docta non bella,
 fortis non venusta: succincta & ad
 corpus stricta, non latè fusa, quæ
 caudam non sibi, sed populo tra-
 hat. hinc illud: *Cuius orationem vi-
 deris sollicitam & politam, scito ani-
 mum quoque non minùs esse pusillum
 occupatum, magnus ille remissius lo-
 quitur & securius. Oratio vultus
 animi est, si circumtonsa est & mani-
 facta, ostendit illum quoque non esse
 sincerum, & habere aliquid fractum.*
 Et sanè quò hæc ornamenta si no-
 ment

mentieda venustati? iam quis prudens Apelleam tabulam, Polycleteam aut Phidiacam statuam ornabit veste? Hec non vnus magnis vbiq; vocibus & ingenti laterum contentione, supercilio graui, oculis ardentibus, ore seueriore, vultu athletico, & qui plus promitteret ex Herculea claua, Vulcania incude, Ioue tonante, fulminante, Dianæ vmbraulis, Iunonio syrmate, Veneris stola.

Et sanè quæ exterius nitent & in superficie splendent, interiùs plurimum sordent. hinc illud. *Plus ornamentorum oculos ferit, plus nares odorum, plus sordium latet intus.* Nec quisquam maiora ornamenta minoribus textit, nec ornatum adhibuit formæ à qua vincitur, nisi aut ornatui à forma venustatem paret, aut à mutuo hoc lenocinio, toti corpori mutuandam pulcritudinem speret. Ac frustra ornatur externo, quid domestico diues ornatu plus habet ornamentorum

torum quàm accrescere illi possit
quacunque peregrina manu.

Tangamus propius omnem literariam artem. Quantè in hac fabulè? quàm nihil spondet fixum certumque? imò quàm labili omnino hoc edificium arene, fluminis aëri instratum? iam quantis animis surgitur in re nulla? pudet referre. De interpunctione quanta bellè? non alia Roma aut Græcia vidit maiora. de verbulo aut syllaba extra ordinem tanquam extra aciem suam posita quantis insurgitur animis? Hannibales, Alexandros, Scipiones, Cæsares, Pompeios si in partibus cogitas, nihil cogitas. cadunt hic liuores & vulnera perennata, & ad cuiusque lectoris oculos rediunt, ita in omnium mentibus renascuntur infelici redanimatione cedes eternitati commensurandæ. Vncis ò quis non indulgeat naribus,

Nec lingue, quantum sicut canis

Appular tantum

exera

exerat, aut non ingenti ciconia
pinsat à tergo? ridemus insanas
Regum vanissimarum ostentatio-
num molitiones in cæmento, cal-
ce, lapide. Ridemus vesanos cru-
delesque in alieno suorumq; san-
guine ludos, dum fines terminos-
que protendere, quo iure, qua in-
iuria, efferato singuli ausu conatu-
que meditantur. Et præmia tamen
in his regna & provinciæ & ma-
gnum imperi nomen: & patimur
sine risu, sine manu, quæ *auriculas*
imitetur mobilis albas, dentes bar-
baraq; calamorum scalpella, nulli
amica, inimica omnibus? vlli par-
cere nescia, omnium odio flagran-
tia, obuiumque quemque calce,
dente, rictu, vngula, cornibus, cau-
da, ferociore omni crocodilæ ti-
gricaque rabie, scorpiacaque ve-
nenatione, impetentia. Si causam
quæris tam efferæ immanitatis; com-
mata aut interrogationes non loco
positas, capitales litteras malè lo-
catas, dictionem verbi transposi-
tione

N

tionem

tione mutilam, minusq; sonoram,
 variamque à cariosis lapidibus, se-
 micisq; membranis scripturam
 reperies. adde coniecturas pro cu-
 iusque ingenio varias, siue in com-
 modiore periodi interpunctione,
 siue in solerti verbi in aliū locum
 migratione, siue denique in nomi-
 vocabuli subtractione, veterisve
 exulatione, expunctione. vt non
 extra lineam ille cecinerit,

*Grammaticos humiles qui solo cor-
 rice gaudent,*

*Quos non admittit intus pinguedo
 medulla,*

Sed imperitas atres puerilium
 verborū spuma ingenti fastu con-
 spunt. Adde è Græco codice e-
 mendatius verbum, quod aut con-
 iecturam inuet, aut vetustatem sa-
 piat, aut longius illius peritiam
 indicet, aut admirationem nomi-
 nate, aut raritate sua excitet. de quo
 quid dicam? querar, an fileam
 tacere tutius. non possum. mini-
 sentur licet insurgantque fremen-

tes, oreque calamoque infren-
dant Græco dirum imprecantes,
pulcrum horum calcibus impeti,
pulcrum conspui, aut post dome-
sticum tonitru irrorari. responde-
bo cum non vno, Si quis me asi-
nus calce feriret, irascat? respon-
debo Aristides: Admone istum
ne postea tam improbè oscitet, &
abstergam faciem. Respondebo
Socrates, Facile diuinabam post
tantum tonitru sequenturam plui-
am. Et verò ea nunc tempora sunt,
vt nisi Agamemnonis aut Priami,
aut errantis Vlyssis nauib. in Thy-
rhenū æquor Græca nauigent ver-
ba, sententiam verbatimque ob-
soletioribus quibusq; deductis, &
tanquam in Charonticum naulum
deportatis, indocta non vni infe-
lixque nauigatio videatur. Hinc
nisi aut Aristophanis leporibus,
aut Euripidis dolis, aut Homeri fa-
bulis, aut Anacreontis amoribus,
aut Pindaricis imbribus. Latinos per-
pluerint agros, Ægyptū inclament

Nilo tabescente, alij, nisi aut Iso-
cratis suauiludijs, aut Xenophon-
tis commentis, aut Herodoti men-
dacijs, Halycarnasseo syrmate,
Thucydidis castibus, aut Demo-
sthenis Aeschinis bestix fimo ster-
coraueris agros; steriles ominan-
tur auenas, & emortuos Latia cam-
pos, extramata pomeria, defoliata
nemora, defloratos hortos, denu-
data pampinis vineta.

Doctiorem tamen, hos ornatos,
zrtatem, purumque Latium, quale
Augusti xuo, ignorasse mihi cer-
tum. Rarissimus in his Cicero, Bru-
tus, Antonius, Crassus, Atticus;
nusquam Sallustius, Cæsar, Seneca;
Tacitus Græco flore aut imbre Ro-
manos vestiit aut irrorauit cam-
pos. Nusquam Poëtarum Princi-
pes, Virgilius, Ouidius, Horatius;
Iuuenalis, Persius, Seneca, Teren-
tius, Lucanus frondes è Græco in
sua, hoc est, Romana, Græca aut
manu aut cortice, transtulerunt
nemora,

Patres

Patres etiam & fidei nostræ du-
dores, Apostolorum succedanei,
quàm parcè Latinam Græco con-
sperserint rore paginam, nemo
ignorare potest, qui Tertullianum
legit, Arnobium, Minucium, Cy-
prianum, Hieronymum, Ambro-
sium, Augustinum, Paullinum,
Apollinarem Sidonium, reliquos-
que, nobis, nisi Latialis campus ro-
re maceretur Græco, arentia pa-
sca sunt & emarcidus ager. Nisi
assutus aliquis Lacedæmone pan-
nus in Roma niteat purpura,

*Spectatum admissi risum teneatis
amici.*

Nihil vidimus, nihil legimus; ver-
bo, nihil sapimus. quasi nihil iam
doctum, nihil priscaui, nihil re-
conditæ eruditionis & prudentiæ
sit, nisi Græco turgeat factu, Græca
fulgeat stola. non his assueta do-
cta maiorum sæcula, non Latium
nostrum cùm itaret, & robore se
suo tueretur, nullius indigum.

Et quis Græcorum veterum no-
uorum-

uorumque paginam suam infarciit
 Latinis? quis è Latio nostro, & tot
 doctis omnium scientiarum & sa-
 culorum scriptoribus, sonantia
 defrustrauit verba? quis sententias
 lectorem suum implentes? quis di-
 cta fortia, quis robore plena, quis
 sapientia grauida, sublimitate illu-
 stria, flore suo nitida, & ad volu-
 ptatem facta, qualia apud Latinos
 plurima, tanquam alieni agri flo-
 rem decerpfit, vt insereret suo? In-
 tueamur singularum gentium non
 indoctos vernaculos scriptores,
 quis Dalmata Italica miscuit verba
 suis? quis Hispanica Germanus
 Flandrica Gallus? quis à primis vl-
 timisve sideribus erogata conso-
 ciauit Hebraeus suis? docta licet,
 domique singulorum nata & edu-
 cta, & que nulla alia lingua canna-
 tiuâ exprimat elegantia, pondere,
 lepore, singule possideant gentes;
 nemo tamen peregrino & non suo
 decerpta nemore permiscuit suis
 sine risu & stomacho aut amentia
 nota.

nota. Usque adeo, stolidissimi conatus ac inanissime ostentationis, omnium vno ore gentium tessera hæc semper fuit.

At nos nescio quod Latij fastidium capiat, nisi fortè ad Græcos mores, Græca sacra respicimus. meliora à nostris & domi nostræ nata possidemus, & viliora mutamur, nisi fors nouitas delectet, & fastidium vetera ingenerent. ita ferè optima quæque si frequentatio accedat nauseam pariunt, nonna licet deteriora amplectimur. Sanè si de vniuersæ dictionis elegantia, venustate, robore questio est; nulli cedimus: si de sententiarum pondere, dictis fortibus, prudentibus; vincimus: si de rerum frequentia ac densitate, amplitudine, maiestate, & augusta copia; vincimus: si de scriptorum varietate, numero, delectu; vincimus. Et magnum aliquid ipiramus, animosque ingentes circumferimus, si à peregrina deteriore area in-

beatiores campos nostros ruderat
traduxerimus. Magis hoc etiam
mirum, cum omnis hæc ferè tradu-
cta mutuatio in vana scientiarum
iactatione consumitur. pugnamus
de etymo, de verbi nominisq; va-
ria lectione, & ingenti conatu die-
bus noctibusque sudantibus, auxi-
lia à Græcis poscimus tam longè
sæpè petita, vt Arabes credas à Sco-
tis subsidia sperare. tacerem, si me-
rita suborta difficultate id fieret,
sed quoties nulla impellente, nul-
laque aut venustate, aut robore ac-
cedente?

Et his meliores xui nostri dies
damus. Sunt qui ingenti mensuram
& annorum etiam molimine,

*Nutricem Anchisæ, nomen patriæ
amque nouerçæ*

Archemori disquirunt. alij, quos

Acestes vixerit annos;

*Quos Siculus Phrygibus vini dona-
uerit urnas.*

Non nemo etiam, maior ætate Ho-
merus fuerit an Hesiodus, minor-
que

que Hecuba fuerit an Helena, aut
quare hæc tam malè tulerit ætatem:
Patroclus an Achilles maior fuerit
annis, Sirenum voces Vlysses tulerit,
& Circes pocula ignorauerit,
socij biberint: an inter Italiam &
Siciliam iactatus fuerit, an extra
notum nobis orbem, neque enim
potuit in tam angusto error esse
tam longinquus. Verène votum
pro reditu simulantes,

Instar montis equum diuina Palladis arte,

Ædificarint Graij, vterumque armato milite compleuerint, Troianaque mœnia fatalis machina armis foeta conscenderit, gemineque angues pelago incumbentes, Laocoonta

Bis medium amplexi, bis collo squamea circum

Terga dederint in expiamentum intortæ hastæ, raptatusne bigis Hector, perque pedes traiectus fugam Aeneas in somnis suaserit. fueritne Euander Romanæ conditor arcis.

N 5 verène

veréne aliquando indigenæ Fauni
Nymphæque Romam occupave-
rint,

*Gensq; virum truncis & duro ro-
bore nata,*

*Quis neque mos, neque cultus
erat?*

Saturnusque

*Arma Iouis fugiens & regnis exul
ademptis,*

Latium vocari mandaverit,

*His quoniam latuisset tuus in-
oris.*

Mezentius Turnusq; Aeneæ dex-
tera ceciderit, an illorum Aeneas,
quæ Aeneæ ex vero mater, quis pa-
ter fuerit. Anacreon libidinosior
an ebriosior vixerit. Publicane
Sappho fuerit, Penelope pudica,
an verba sæculo suo dederit. quan-
tum temporis inter Orpheam inter-
sit & Homerum, quatuor ne libro-
rum millia Didymus grammaticus
scripserit. quid hæc ad vitam bea-
tam ad quam nati sumus? quid ad
virtutem & mores bonos? iacta-
mur

mur intro non raro decumanis
maioribus, & impellimur in pro-
funda irrespirabili naufragio pro-
ximi, & sedemus incurij; irreti-
mur blandientium verborum il-
lecebris, illicibusque multorum
oculis impetimur, & venenaria
passim aurium & linguæ iacula
densantur, verberamur hic coma,
ibi genis labrisque ridentibus, sol-
licitat nos aurum, & impetigine
sua proritat honos: ibi effera ra-
piunt & humano cruce bella gau-
dentia; alibi insidiosa fallaxque
sub amico vultu circumventio, &
dum suauiantur oculi, nouercali-
bus natat mens odiis. His potius
compescendis, edomandis, & in-
solidum debellandis ac subiugum
mittendis, quam curiosis litterarum
placitis dinoscendis elaboremus.
excludamus supernacua & quid-
quid ad virtutem non ducit, quid-
quid abducit.

Verum delectat acuratio littera-
rum cognitio. At non consultius

N 6 neces-

necessariis incumbere, & quæ mentem melioribus instruant? quis superuacuis prudens insudat? aut quis paullo generosior animus leuioribus se explicat? quis non maximis quibusque adornatur, augustissimis capitur, cui celsior mens est? infimis in sedisse plebei ingenij signum est. Hinc monent viri magni, dictionem nimis sollicitam ac politam, animum designare pusillis occupatum. Magnus maioribus distinetur. Quod si loquendum, remissius ac securius loquitur: si scribendum, fortius: ostenditque plus fiduciam quam curam. Verè dictum sit, studia dictionemque vultum animi esse. si fucata videbis huic oratori mentem quæque tenuem esse, fractam, nihilque magni promittentem. non est viri tam leuibus ætatem terere: nec index animi magni concinnitas nec sollicita verborum disquisitio est, nec ab accersito nitore sublimia speranda sunt. Non magis quam

barb

P
barb
form
pium
speci
illa n
se tra
si cor
depri
magi
dior
addo
artium
confe
intem
& id
quia
quæ
quàm
passi
inani
casta
uioni
mori
na sp
Et
tem c

barba & coma de capta & speculo
formata. Fœminam hæc suam sa-
piunt. Virum magnarum rerum
species ad se vocat: humilia verò
illa nullum excelsum ingenium ad
se trahent, quemadmodum flamma,
si concessa via est, surgit in tecta,
deprimi æternùm non potest, non
magis quàm quiescere. Ita gran-
dior animus ad summa contendit.
addo ex mente Stoici, liberalium
artium orationisque curiosiorem
consecrationem, *molestos, verbosos,*
intempestiuos, sibi placentes facere,
& ideo non discenres necessaria,
quia superuacua didicerunt. Inter
quæ plurima dediscenda potiùs,
quàm si nescias scienda sunt. Ita
passim plena omnia reperies aut
inani Deorum cultu, aut parum
castarum rerum serie. in qua obli-
vionis potiùs scientiam quàm me-
moriæ apprecabitur quisquis æter-
na sperat.

Et in his tamen sudat, imò æta-
tem conterit, melioresque brevis
vitæ

vix dies tanquam in re salutis ani-
 ma. Quid quòd plus in illis quam
 in æternitate ponitur? iungantur
 dies noctibus, & tot passim deblat-
 tata veteres patrum non rarò vere-
 cundę membranę, tot derosa ru-
 dera marmoraque lasciuientia, tot
 pugnantes coniectationes; & nus-
 quam Christus, nusquam gloria
 cui nati, nusquam beata æternitas
 cui renati. non hoc est in peregri-
 no solo areni & exsuccido, & de
 malignitate sua nocituro sudorem
 sanguinemque fundere nil profu-
 turum, cum habeas ad manum ca-
 sta fœcundaq; in quæ calamorum
 aratra ducas pascua? cum habeas
 cœlo natam, cœlo concessam ter-
 ram, quam meliore proscindas vo-
 mere, fœcundantioribusque riges
 sudoribus; & si aut necessitas, aut
 Dei maior prouocet gloria, san-
 guine tanquam perenni circum-
 spergas in fœnerariam vbertatem
 fonte aut flumine? In tam vilibus
 sudorem, sanguinem, animamque
 pone;

P
 pone
 in tai
 tibus
 in in
 mum
 perer
 quo d
 tibus
 spe au
 breui
 mis,
 aut de
 ætern
 ferro
 Ve
 qua qu
 tia? i
 la ta
 conte
 ani fa
 tot do
 tibus
 da p
 ne var
 que le
 nim in

ponere, cum possis in caelestibus?
in tam leuibus dominumq; fallen-
tibus verborum apicibus, tanquam
in infida fugitiuaque arena do-
mum construere, cum possis in
perennaturis nulloque dominum
quo destituentibus, nullo fatiscen-
tibus, nullaque inani fortuitaque
spe aut fiducia ludentibus? in tam
breui morituris; multorum cala-
mis, aut tanquam pede calcandis,
aut dente lacerandis, cum possis in
xternaturis, nulliusque morfu aut
ferro violandis?

Venio ad iurisprudentiam. à
qua quid speres inter tot pugnan-
tia? inter tam varia legulæ bel-
la tantis animorum laterumque
contentionibus desudata, tam in-
ani fatuoque partium studio fota,
tot dolis fallaciisque tanquam re-
tibus circumsepta, tam ludibun-
da patronorum circumuentio-
ne vanis sponsonibus, clientes-
que ludentibus dinitata? quid e-
nim in his plurimū videmus aliud
quàm

Quàm inter opulenta victricia vota
 cruminales exenterationes, eme-
 dullatis arcis horreisque, adeoque
 defrumentatis sequuturo rû anno-
 rû melsibus? dum variis pollicita-
 tionibus clientes ludunt, vacuisq;
 promissoriis flatibus fortuitos pro-
 certis euentibus venditant, alter-
 cantium contentiones præproui-
 da ærarij sui circumspeditione, do-
 losis inflabellant spebus, vt mutuis
 partium flammis ambustis rebus,
 soli ipsi aureo dominorum nau-
 fragio concalescant. Intuere de-
 inde scientiæ huius scriptores: &
 vide quântis animis insurgant, quâ-
 tis decurrant, quâm parum con-
 fidentibus adherescant, quâm de-
 vna eademque re diuersum opi-
 nentur, quâm fallacibus firmamen-
 tis innitatur: quâm rationis pa-
 rum, vt exulare illam credas: quâm
 incertarum Legum & in vtramuis
 partem pro patroni arbitrio para-
 tarum, scriptorumque plurimum
 dicunt quasi ad veritatem fortiter
 dixisse

P
 dixisse
 lunt
 dum
 tur ra
 mens
 & leg
 Tra
 qua q
 in vit
 tantur
 rumq
 mus il
 sed qu
 tor est
 naque
 quo se
 catur.
 pem in
 plurim
 rit, ill
 qui ne
 tantum
 rat, qua
 seri è q
 mnis p
 ditio p

dixisse satis sit. ut iam ratio ferè voluntas patroni scriptorisque sit. ita dum verè solideq; aut excluduntur rationes, aut nusquam sunt, mens propè cuiusque pro ratione & lege est.

Transeamus ad Medicinam. à qua quid sperem, nisi coniecturas in vita sanguineque non plebeio tantum, sed & Regum, Imperatorumque ludentes? hinc iam primus ille est, non qui doctissimus; sed qui fortunatissimus coniectator est, felicitas hic quædam fortunaque ludit in alieno sanguine, à quo scientiam quisque suam mercatur. quid quòd ille ferè principem in hac arte locum teneat, qui plurimum alieni sanguinis hauserit, ille imperitissimus habeatur, qui nullas animas prodegerit, ut tantum iam nominis quisque referat, quantum profusi sanguinis. miserè quorum vita sanguineque omnino propemodum medica eruditio petitur: quorumque proiectæ anime

anime & migrare iussu medicum plurim
 docuere. quorum defrustrata cot- minita
 pora dum errores imperitiamque modic
 medicantis dexterę ostentant, uercal
 celebriorem ferro & inscitia me- nonn
 dicum dederunt. conuoca rotam stuant
 medicam cohortem, & experire quam
 quàm in lubrico pedem figant, canter
 quàm in alieno faciles sanguine micun
 dubij inerrent, inarentque tantam p
 quam in vili peregrina humo & vertet
 alga. Hic morbu vniversum igno- pellen
 rat & manum ferrumque admo- more
 net; ille causas & principia dum sudat a
 dubius seiscitatur, & tanquam per ad inte
 obscurum noctis fortuitum rima- nares,
 tur lumen, medica miscet pocula mine v
 datura pro fortuna felicem infeli- litur, q
 cemve euentum, mortem vitam- ma dep
 ve. tertius ab effusa bile, quartus itur, vt
 ab astu præcordia vrente, quintus & cruc
 à frigore viscera depascente, sex- nelato
 tus à prodiga humoris diffusionē, inscitie
 septimus emedullato arenteq; na- repert
 tino humore & calore mali causas scere,
 venatur. nec deerit qui sanguinem cultro
 pluri-

plurimum, & mole sua interitum
minitantem, alter qui sanguinem
modicum & tanquam ab auara no-
uericali nutritia manu & vberē,
non nemo etiam tanquam ab inē-
stuante flāma torridum, alius tan-
quam ab hybernis niuibus albi-
cantem congelidatumque & ini-
micum animę vaticinabitur. In
tam pugnante diuinatione quō se
vertet æger? dum ille æstu, frigore
pellendo inuigilat alter, iste hu-
more depellendo, accersendo de-
sudat alius? non via trita facilisque
ad interitū, dum antē cadūt genē,
nares, oculi, autē anima medica-
mine violētata amica statione pel-
litur, quā egritudo malāque inti-
ma depascentia nota fuerint. Hinc
itur, vt dixi, ad barbaras sectiones,
& crudele imitantis animi ferrum, re-
nelatoriū plurimū & medicorū
in scitię, & soli erudiendo medico
reperitū: vt discat spectator de mite-
scere, dum humana lustrat viscera
cultro ductore, discat exerubescere,
dum

dum secreta rimatur nature toro ducto
 bicibus firmata. Hinc indurecū dum
 animus & barbarum nescio quid na: &
 induit, dum in humano corpore decurr
 tanquam inter gallinę aut boui tius in
 viscera inambulat ferrum, manus derata
 oculi, commiserationes ac huma iorem
 nitatem ex assuetudine deponen- cense.
 tes, misericordiam ex frequentata structu
 barbarie exuentes. Tacerem nisi fundar
 vota geminarentur, & votis tar mande
 dior properaret mors, quo citius si vel c
 eatur ad immites cultros, nunquā arce au
 satis medici imperitiā dedocentes nant re
 cidit, q

De Philosophia quid dicam? in- ne ma
 gens hic campus est, in quo nobi- quasi h
 lissima quęque ingenia tanquam aliene
 gladiatorum paria, orbe spectatore pe. hin
 medio decurrant Circo. Er quid Hnic n
 hic sequar aut quem? pars Plato- uitur r
 nem, pars Aristotelem, pars Ane- dum: a
 roem cæco validoq; mergentium sed illo
 more conatu complectuntur. Et pendul
 ego de meo nouus iupiter cerebro bus orb
 aut femore, nouum Vulcanū Pal- propè p
 lademq; cudam? quis sequetur
 ducto-

ductorem? quis probabit? singuli
dum sua firmant, conuellunt alie-
na: & ferè ingenti ariete in vicina
decurrunt propugnacula, eò for-
tius impetum daturi quò è deru-
derata ac deparietata vicinia ma-
iorem gloriam aucupantur. Re-
cense. Et videbis Philosophicæ
structuræ tot pugnantiâ subtrudæ
fundamenta, quot manus huic fir-
mandæ industriâ attulerunt. quòd
si vel cespitem vnum in aduersaria
arce aut area probauerint, dam-
nant reliqua. idque eo grauius ac-
cidit, quo ab audaciorè damnatio-
ne maiorem gloriam venantur:
quasi hæc stare non possit nisi in
aliena damnatione tanquam ru-
pe. hinc tam varia à varia manu.
Huic nulla subnixum cælum vo-
luitur materia, arbitreris Ange-
lum: alteri nec voluitur quidem,
sed illo stante, circumrotatur terra
pendulo perenni motu. Sunt qui-
bus orbes in vno cælo innumeri
propè pro stellarum varietate: nec
vno

vno omnes motu, nec ad orbium
 tantum suorum motum agitata
 dera. aliis nauigant stelle, & tan-
 quam in Oceano scaphæ per liqui-
 dum aguntur, motib. singule suis
 aliis æthera sunt ære aut chalybe
 fusa. Inuenias qui in hæc inferiora
 tanquam perpetuo matris nix
 aut prædiuite vberis fluere velim
 sidera, aut decidui instar matris
 rosis in ipsas adeo etiam anima
 aliquid depluere propensioris vo-
 luntatis, negant alij. De Luna, So-
 le, sideribusq; siue firmatis & tan-
 quam trabali clauo orbibus suis
 affixis, siue inerrantibus sedem
 que non vnam tenentibus quæ
 variè narrata? excutiamus præ-
 dicamenta. Vnum, duo, quæ
 tuor, decem reperies. Quantitas
 tem nunc nullam, nunc re, nunc
 ratione sola à substantia sua aliam
 Relationem aut nullam, aut cur
 subiecto cui innititur eandem, nunc
 discretam ab illo. atque hinc in
 vno culicis saltu aut muscæ vola-
 ccelum
 bus a
 tibus.
 res eff
 reliqu
 tanqu
 arena
 infini
 partes
 tunc
 tuo a
 pedale
 se in o
 nec d
 natisq
 omne
 dene
 demq
 numer
 dera, r
 posse;
 rum h
 fortius
 & imp
 libus
 ducto
 ccelo

orbium
girata
, & car
per liqui
gule suis
chalybe
inferior
rio nix
re vellim
marum
n anima
ioris vo
una, So
is & tan
ibus sui
s sedem
us quan
nus pra
o, qua
Quantita
re, num
ua aliam
ant cur
de, num
hinc ia
ce vola
celu

caelum terramq; mutari, relationi-
bus aut noue adnatis aut refugien-
tibus. Habitus naturæ ad sociatos
res esse, nihil esse, aut si quid sint,
reliquatone aliquam operis esse,
tanquam vestigium preli pedis &
arena signati. Ex infinitis partibus
infinitu componi, adnecentibus
partes indiuisibilibus tanquam in-
tercursu lenti glutinis: nulloque
suo ac ne Dei quidem manu, bi-
pedalem calamū partes diuidi pos-
se in omnes arbitratur non vnus.
nec desunt qui è finitis determi-
natisque certo partibus infinitum
omne conflari, in easdemque Deo
denecente solui posse velint. eun-
demq; infinitate potentia suæ in-
numeros lapides, fontes, ignes, si-
dera, mundosque infinitos creare
posse; pugnare hæc cum natura re-
rum humanarum in clamant alij.
fortius validiusq; quam pro regnis
& imperiis in his opinionū mo-
libus decertantibus partium &
ductoribus & sequacibus, antequam
animam

animam ponentibus quàm vel cri-
nem vnum in aduersam partem
transferant, quid sequar aut quere-
nam? quòd si veteres consulueri-
mus, magis etiam pugnantia re-
periemus. si enim Protagora assen-
timur, nihil in rerum natura certi
est, fluctuamur dubij, & fluctua-
mur æternùm: si Nausiphani, vni
certum est, nihil eorum quæ audie-
mus quæ videmus certi esse, nihil
proinde magis esse quàm non esse.
si Parmenidi, nihil est præter vni-
si Zenoni, ne vnum quidem est, to-
taque rerum natura inanis aut fal-
lax vmbra est.

Claudo has omnes scientias
Theologia, quam vnã scientiã
omnium quandã quasi Deam ne-
mo melioribus tinctus ignorare
potest: siue illam cogitemus qua
scholis, siue quæ pulpitis & audito-
rio nata, siue quam iudicij simu-
ac ingenij magnitudine metimur
hominum moribus, vitæ, negotia-
tionibus adæquatam. Verùm quo-
tus q
turba
& in
pauc
ea pr
rari p
quid
medu
rebra
nem t
atram
tingit
mus a
Dei? a
ligen-
tium
cui pe
partem
Et v
his or
laude
imme
uocer
violen
tes, &
pellat
tu

tus quisque è tam varia doctorum
turba hæc aut legat, aut intelligat.
& inter eos qui intelligunt quàm
pauci idem sentiunt? & cum ferè
ea probemus quæ sentimus, quàm
rari probant? iam in tanta raritate
quid anxij stamus? quid pro his e-
medullamur? audeo. Quid exce-
rebramur? quid meliorem sangui-
nem transfundimus in chartam; &
atramento tanquã sepia nobilem
tingimus animam, qua vna viui-
mus assimilatio quædam magni
Dei? aut quid in tam exiguo intel-
ligentium, tamque rarò laudan-
tium numero fatigamur miseri, aut
cui potissimam vitæ & sanguinis
partem damus?

Et vt largiamur concedamusque
his omnibus aliquid inesse, quod
laudem mereatur, quodque non
immeritò doctum sudorem pro-
uocet, quod accîdat somnia, quod
violenter oculos, erigatq; cader-
tes, & amicam quietem armata de-
pellat dextera; quodque sollici-
tum

O tum

tum percussat pectus gloria ad
 dum, & irrequiem ingerat cordi
 posteritatem cogitanti: quanta he
 sunt, & quam diu victura? & ut
 buamus vitam, quò mortuo vita
 aut quid calamorum & chartarum
 demortuo domino? quò pruritus
 aurium cadaueri? quò linguarum
 calamorumque orisque titillatio
 nes cinerato corpori? sequitur autem
 scriptorem suum charta & calami
 & alieni oris admiratio, laudatio
 comprobatio stipabunt sistendum
 iudici, mediumque raptum rite
 laribus densabunt armis, aut ami
 co cinctum defensabunt agmine
 an causam agent sceleram rei in
 exorabilis aduocati tribunalis? &
 ante flecti nescium iudicem sta
 bunt oratores? & quid speremus
 criminibus tanquam rupibus con
 sepulti à veteribus membranis,
 solerti interpunctionum nomi
 numque coniectura, ab inanibus
 Poëtarum fabulis, libidinibus gra
 nibus, à dictionis tereti rotunditate
 à le

à le
 bron
 dicti
 fusa
 stola
 arma
 rifico
 se vu
 nis p
 nali
 à me
 iectu
 & iu
 vita
 tuito
 quid
 co, v
 pecto
 gum
 adue
 nunc
 Theo
 Schol
 tis au
 gacin
 & vn

à leui verborum flumine, aut sale-
brofa défitate? à mascula torosaq;
dictione, à virginea, ab audace, à
fusa & qua syrma trahit, pallamq;
stolamq; latè spargit, à stricta & ad
arma clypeumque nata? quid à lu-
risconsultorum vepribus, à mutuo
se vulnerantibus? à legum in alie-
nis possessionibus lusu, à crume-
nali clientum internecione? quid
à medica manu & ferro, dum con-
iecturis luditur in alieno sanguine
& iugulo, & tanquam pilæ datatim
vita pellitur repercutiturque for-
tuito prospero aduersoq; iactu?
quid à Philosophico robore & cir-
co, vbi pedem pedi, pectus damus
pectori? quid à docta pressaq; ar-
gumentatione, vbi duris cæstibus
aduersarius petitur, præcepsque
nunc huc, nunc illuc agitur? quid à
Theologico acumine? à docto
Scholastico puluere? à viuida ardē-
tis animi disquisitione? à rerum sa-
gacimedullitus indagatione? mors
& vna dies, hora vna, momentum

○ 2 rapiet

rapiet quidquid hic doctum. Ibi-
 mus in cineres, in plebeium pul-
 verem indocto calcandum pede.
 in ignaum cinerem rustica spar-
 gendum manu. in terram & argil-
 lam, porcorum & vermium escam.
 sistemur Iudici sine charta & cala-
 mo, apud quem pari libra & lance
 mens docta & imperita pensatur,
 pari, manus sub calamo & aratro
 sudantes, pari docta membrana &
 agrestes caula. libri vbi erunt, &
 ad lampades noctibus sudata vo-
 lumina? vbi docta charta ingenio
 superante manum? vbi praecox so-
 lertia ignauo repressa calamo? nisi
 quod ab his grauior subductio:
 maioraque nomina à maiore inge-
 nio. Splenduit hoc claruitque ex-
 cultum artibus, ornatum scientiis,
 ingenti nomine & fama? erit cum
 Deus à claritudine, maiestate, eru-
 ditione, rationum initia ponet, eo
 plus exacturus quo plus acceperis;
 vt donationis prerogatiua & ccelo
 eruditio concessa aut latiore parta,
 maioris

maioris alieni aris te reum statuatur:
plus redditurus qui plus acceperis.
ita à donorum magnitudine, ma-
gnitudo reddenda rationis pen-
det. Quod tunc factum velles cum
sisteris sola, cum ab his splendidis
& docta scriptione accusatio cre-
scet, aggredere nunc anima. Deo
atatem annosque expende, nocti-
bus illi vigila. illi vita, sanguis, vi-
resque sudoresque fluant. aeterna
si speras, emedullaberis illi, ema-
ciaberis illi, deroboraberis illi: illi
lampada lunaque luceat: illi dies,
illi desudent profutura noctes &
in aeternam lucem migratura. in-
gentem messem spondet sudor san-
guisque fusus centupla foeneraria
redhibitione. Semen enim omnis
hic sudor sanguisque est, cuius fru-
ctus caelo tanquam horreo suo in-
ferendos sperare possumus. diues
est qui spondet, fallereque & falli
nescius, diues non promissorio
tantum, sed & satorio, messorio,
remuneratorioque verbo, cui qui-
O 3 eunque

cunque manat sudor caelo reponi-
 tur, exsoluendus caelo pramiatio-
 ne aeterna. Hunc cogita. huic stu-
 dia, omnisq; seria fluat cogitatio.
 nulla indonata abibit. nulla pra-
 mio suo vidua. à litterarum vero
 studiis reliquisque scientiis quid
 speras? aut quibus hæ cultorem su-
 um pramiis donabunt? non emo-
 lumentorum in iis pars longè ma-
 xima, vt audias, O hominem lit-
 teratum! sæculi sui sidus magnum!
 sol italicus, Belgicus, Gallicus! Ger-
 manix ocellus! litterarum prin-
 ceps! artium meliorum medulla!
 omnis purioris scientix mel me-
 rum! purum saccarum! quàm simi-
 lis est adulatio amicitix? non imi-
 tatur eam tantum, vincit. apertis
 auribus recipitur, & in ima de-
 scendit præcordia, eo ipso gratio-
 sior quo lædit grauius, dum vitia
 sub virtutū nomine obicit blan-
 diens inimicus. quanto feliciores
 erimus, si audiuerimus à cordato.
 O virū, qui diligentius scit viuere
 quàm

quàm loqui! cuius omne studium
in formanda mente versatur, cuius
omnis labor in animorum peren-
nato cultu ponitur! huic te or-
natui, huic scientiæ dede, quæ te sæ-
culi huius terribilia, tyranni minas,
tormenta, ignes, fortunæ deprimen-
tes tollentesq; ludos doceat con-
temnere, quæ doceat fidem serua-
re Deo, maioribus, paribus, infe-
rioribus, eliciatque nobiles has &
viro dignas voces, Vre, seca, non
prodâ. sed quò magis secreta quæ-
ret dolor, hoc illa aliùs condam.
quæ doceat voluptatib. imperare,
& tanquam efferis belluis manicas
& cõpedes iniicere, & caueas fer-
reas, & flagris etiam comprimere
ferocientes minas. quæ te liberum
statuent, quæ iuris tui, quæ non ser-
uientẽ aliis, non submittentẽ cer-
nicem sceleri. dabũt hæc tibi virtu-
tum ac sapientiæ studiũ, excelsum,
forte, magnanimum. nam illa lit-
teraria studia pusilla & infantia
primæ sunt, & tanquam conarum

fasciæ. & quem hæc villo sæculo bonum fecerunt? ne promittunt quidem. cui ad virtutem vel de longinquo viam strauerunt? cui verborum illa & syllabarum constructio, interpunctionum curiosior adornatio, fabularum cognitio & enarratio, versuum modificatio metrum ademerunt, cupiditatem exemerunt, libidinē refrenarunt, odia represserunt?

Iam Musica quid dabit? quid vocum neruorumque dispar concordia? quid cum omnis vocalis melis leus modicator Æolium expressero simplicem, Afrum variatum Lydium querulum, Phrygium religiosum, bellicosum Dorium? quid ubi aut Apollinem aut sequentis Hyagnem manus canendo discapedinauero, variasque vno spiritu tibias animauero, leuisque ac dextris foraminibus acuto finitibus graui bombo omnimodis periculis modicator musicum concentum miscuero? quid ubi lyra auro ful-

gurat

gurante, e bore candicante, gem-
mis veriegata variè intonuerò?
magnum aliquid daret, si animum
cum virtute & Deo suo consonan-
tem concederet, si mentem nun-
quam sibi discrepantem, nusquam
cum ratione pugnantè, nec quid-
quam præter vnum Deum extra se
querentem largiretur, si suavi vir-
tutum concentu beatas cœlorum
mentes, Deumque ipsum in admi-
rationem & amorem exciret.

Geometria verò, Astrologia, A-
rithmetica, totaq; Matheseos scho-
la quid dabit? quid latifundia me-
tiri, avaritię calculos & digitos a-
ptare? & quò mihi

*Frigida Saturni quò sese stella re-
ceptet,*

*Quos ignis cœli Cyllenius erret in
orbis?*

Quæ nubes inerrent Lunæ, quæ
subterlabantur Soli, quæ comiten-
tur? quid aut minentur aut pro-
mittant sidera cum aut hostili aut
amico se obtutu viderint? Digna

O 5 hęc

hæc forent cui noctes diebus inter-
 gerentur, si hominem docerent
 res, & sibi metiri & labili huic quo-
 cibum potumque vix pedali sto-
 macho, aurum & opes morituro
 domino & fors hac hora: si non
 tam diuidere docerent agellum, &
 ad calculum redigere pedes etiam
 decempedam fugientes, quam ne
 mœrorem incuriat melior vicini
 seges & potētia, & aliquid ex meo
 abradens: si non tam docerent ni-
 hil de meo concedere, quam qui-
 bus modis totis possessionibus
 spoliatus securus hilarisque dies
 transigam, maximè cum, si vera fa-
 cenda sint, non nisi opum coloni-
 sumus rationem Domino redditu-
 ri: si docerent, non in quadrum
 redigere quamcunque formam
 non siderū interualla numerumque
 recensere, non nascentis Lunæ me-
 strua incrementa, aut senescentis de-
 liqua, iterumque post mortem redi-
 tiue, post vitā mortuæ aut mortuæ
 simillimæ, nouo semper auctu au-
 decre-

decremento varię; non ad calculum vocare terrarū opes, fatuasq; Regum agitationes; sed animum metiri, & alterius seculi opes pro magnitudine sua pensare, in illas meliora de penetrali pectoris vota iaculari, illis insudare, Deo pro sideribus inherere, illi optimā partem nostri sacrare, illi indissociabili nexu æternū iungi: vitę denique nostrę dies ad calculos vocare, memores illius.

Si verò Solem de rapidum stellasque sequentes

Ordine respicias, nunquam te crastina faller

Hora, nec insidiis noctis capiere serena.

Omnis enim hora postrema tibi erit, omnis prima, nec quidquam super hoc calculo imparato tibi obueniet. si quę fuit vltima erit, expectata erit; sin minus, in lucrū sepones, vt aliquid virtuti accedat dum fuit, ne elabatur inanis.

Confer deinde famam quam ē
O 6 diurna

diurna nocturnaꝗue coꝛmentatio-
 ne speras, cum celesti, confer mo-
 rituros laudatores, admiratores
 cum celestibus. confer finem cui
 doctus omnis sudor calamis &
 charta funditur, cum Deo cui in
 virtutis stadio curritur & sudatur.
 confer vtriusque studij magnitudi-
 nem speratam. confer tempus v-
 triusque gloriæ commensuratum;
 & tutiora, certiora, maiora prou-
 dens sequere. Nam vt largiamur
 aliquid gloriæ ex varia scriptione
 tanquam riuum è stillicidio fontis
 manantem, quamdiu stabit hic fluxus?
 quamdiu stillicidium? fugit
 mundus, & quidquid hic magnus
 ad vilem deducet arenam vltimus
 decoctor ignis. Ibimusque docti
 indoctique ad destinatum premi-
 ationibus finem. In hoc quæ scri-
 pturarum gloria? nam siue inter
 infelices animas æternis trademur
 ignibus decoquendi, siue inter
 beatas æternis donabimur gaudiis
 quò doctæ scriptiones? nisi vt in in-
 felici

P
 felici
 suo
 bus p
 quoc
 Vel d
 long
 felic
 quat
 parte
 tuti
 vana
 fama
 stent
 vltro
 stud
 alio
 Et
 bore
 pto
 que
 part
 ipse
 litui
 tant
 diu
 vna

felici aternitate crescant scriptori suo tormenta, qui quòd melioribus poterat, deterioribus dedit: quod salutariibus, noxiis impendit: vel quod à scriptione sua praba longissimus abfuerit vel sanè vt in felici illa beatitate minora consequatur, qui temporis meliorem partem plus scriptioni quàm virtuti impenderit, & scriptioni vel vanæ, vel nihil ibi profuturæ, vel famæ tantùm conciliandæ, vel ostentationi inani, vel aduersarios vltro parandi, vltro prouocandi studio, vel tuendi denique sui, nec alio.

Et sanè vna hic virtus assidue labore comparata, quantis ibi scriptoribus anteit? vna Humilitas frequentatis submissionũ conatibus parata, omnibus libris tanto ibi implendet gloriosius, quanto hic delituit submissior. vna Continentia tanto ibi scriptoribus lucet nitidius, quanto hic fuit neglectior. vna Obedientia omni eruditione

tanto tibi clarescit amplior, quanto hic incubuit prostrator. vnus hic solide Paupertatis amor opum-
 que fuga, tanto ibi doctis volumi-
 nibus opulentescit angustius, quā-
 to hic iacuit depressius. vna in De-
 um Charitas tanto ibi clarescit am-
 plior, quanto hic enituit minor,
 omnibus scriptoribus librisq; ma-
 ior, omni scientia calamisq; al-
 tior, omni pagina membranaque
 doctior, omni ingenio excelsior,
 viribus potentior, iudicio certior.
 Ibi tot doctis indocti fulgebūt cla-
 rius; ibi tenerę virgines & quarum
 nec terris nota nomina omni eru-
 ditione consurgent altiūs. ibi nu-
 dis nota solitudinibus turba, ere-
 mo nata, educta vepribus & siluis,
 antris prostrata, glandibus & aquis
 pasta, librorum, artium, scientia-
 rum & calamorum ignara, tot or-
 be toto eruditione claros ante-
 ibit.

Vt meritò inclamem, Beatus
 cui pro libro & calamo, *crox*
 Christi

Christi & clavi; pro charta & atramento lancea & sudatus sanguis; pro docta scriptione & lectione, vulnera & sanguis prodiga nō iam manu, sed corpore toto fusus, beatus, qui in flagris & cruce imitanda legit; qui in vinculis & alapis sequenda meditatur; qui in fellea spongia & propudiola purpura omnem contemnit seculi purpuram, delicias omnes. beatus, qui in corona ipinea omnem repressit carnis stimulum, eo potentiū domans quo insurgit validiū, eo generosiū enecans quo minatur ardentī. Crux & vulnera non docta volumina sunt, ē quibus cęlestē hauserūt solo cęlo concessam eruditionem tot Confessorum millia, animos viresq; induerunt tot Martyrum agmina: continentiam biberunt, continentiam professę, quę maturitatem suam soli Deo sacrarunt, quę virginitatem suam illi soli maritarunt, macata & enecta libidine, & quidquid ad hanc ducit:

ia

in corpora sua sauiuerunt generosa
 & spontanea maceratione, verbe-
 Heb. 11. ratione, tot Anachoretæ, qui Cir-
 cuierunt in melotis, in pellibus ca-
 prinis, egentes, angustiati, afflicti,
 quibus dignus non erat mundus: in
 solitudinibus errantes, in montibus,
 & speluncis, & in cauernis terra, la-
 pidati, secti, tentati, in occisione mor-
 tui, verbera experti, vincula & car-
 cerces.

Et quò mihi litteræ, & quidquid
 mens manusque docta docto Infit
 calamo? quò tineta charta dictio-
 nis purpura? quò prosa vorsaque
 facundia Elegiæ flebilis, morden-
 tis lambi, ridentis Satyræ, modu-
 lantis Lyrici, laudantis Heroas, in-
 tonantis classicum, aut ludentis in-
 ter paseta? quò facilis comædus,
 quò terrens tragicus & horridum
 infrendens, aut cum fremitu, in-
 dignatione, lacrymis auditorem
 dimittens: si Christi mei spectem
 purpuram, rorantes lacrymas, con-
 uicia & risus, blasphemix voces,
 spinas

spinas & clauos, verbera & crucem, tristem exitum sole fugiente, cælo exhorrente, terra tremente? quanto meliore facundia, sonantioribus verbis, potentiore motu, dictis fortioribus, doctioribus sententiis, implebunt os, pectus, calammiantia Christi vulnera, & nil nisi mansuetudinem, clementiam, veniam, ac tutelarem protectionem, cælique gaudia spirantia: omnibus Poëtarum, Oratorumque querulis aut elegantibus verbis, siue ad venustatem, siue ad eruditionem, siue ad motum delectis ac compositis? quanto melioribus densioribusque lacrymis fluent genæ Christi sanguine madidatæ, sudoribus maceratæ, quàm quæ aut Poëtarum lamentis, aut Oratorum perorationibus exprimuntur? quæ leges, crucis legibus in innoxio vertice pro tot noxiis gratiores? quæ Principum placita, cælestis Patris, in delictorum expiationem, sanguineo decreto certiora?

tiora? quis legibus pœnam debuit
 & pro nocentibus innoxius ad
 omnem iustitiæ expletionem ex-
 soluit plenius? quæ medica manus
 balneaque cum hoc sanguinum
 sudorumque balneo comparari
 potest? quis fons, quæ ve medica-
 bilis aqua cum hoc purpureo late-
 ris fonte, aquam sanguinemque
 detiomentem, imbrequæ salutari suo
 calumque terramque perpluente?
 quæ herbæ, hortorumque pratorum-
 que flores, cum hoc purpureo ma-
 num, pedum, capitis, corporisque
 totius perenni flore componi pos-
 sunt? semel hic sanguis fluxit, æter-
 num medicus fluxit. semel propi-
 natus est in delinquentiæ veniam
 æternam expiat. semel porrectus
 est in venenarij paradisiaci delicti
 antidotum, semper profuit. Iero-
 solymæ fusus, limbum cælumque
 penetravit.

Iam quæ Philosophia, quæ Theo-
 logia cruce hac certior? tenebre
 eunt omnia ingenia ad hunc Solis
 noscitur

Pl
 noscitur
 lucem
 sti sapi
 rentes
 festu c
 ducia
 entes,
 erudit
 losoph
 audeat
 rudite
 Vbique
 conce
 re mag
 gutta c
 lo terr
 tinetur
 omnis
 parata
 scitia e
 subter
 homin
 hos do
 eruditi
 multis
 nec m

debut
cius ad
em ex-
manus
quinom
nparati
medica-
eo late-
em que
tari suo
luente?
ratorū-
eo ma-
porisq;
ni pos-
it, xer-
propi-
eniam
rrectus
delicti
ero-
umque
e Theo-
nebre-
ac Solē
o dēscit

noctescit omnis eruditio ad hanc
lucem cruci suffixam. in hac indo-
cti sapiunt, & simplici mente inhe-
rentes vulneribus, teneroque af-
fectu confixi clavis, ingentique fi-
ducia pleno sanguinem ore prolu-
entes, plus referunt hauriuntque
eruditę mentis, quàm omnis Phi-
losophia aut Theologia spondere
audeat. Docta nimium vulnera, e-
rudite ô nimium sanguis, omniū
Vbique scientiarum celo terraque
concessarum fons largissimus, ma-
re magnum cuius vna de millibus
gutta celum explet terramque, ce-
lo terraque, & quidquid illis con-
tinetur, sanctior, nobilior, maior.
omnis cui humana eruditio com-
parata, fatua, delira, meraque in-
scitia est, indigna calcari pedibus,
substerni verberare indigna scientiæ
homine. Proficiscere anima ad
hos doctos scientiæ fontes, ad hæc
eruditionū purpurata flumina. nō
multis annis scientia hic paratur,
nec magno molimine doctrina

com.

constat; vltro se hic omnis sapien- vndr
tia expandit, protendit manus
laxat brachia, plenoque effundit
sinu quidquid cœlo terraque do- cibus
ctum. amplectere. strata facilisque amor
via est vltro profundenti. hauri- dis sci
vno audaci amoris haustu epotare- tio per
potes quidquid cœlo terraque ma- poris l
gnum, quidquid doctum. Ne tudine
certior diuiti quàm pauperi, docti- si perg
quàm indocto, valido quàm debili- tiis int
li, potenti quàm egenti, patet ad- si vel o
tus. facilis cuique ad omnem sci- stis ob
entiam ex hoc fonte via est. pron- liciam
ex hoc flumine potatio est, larga peries
diuesque ex hoc Oceano saluta- dum a
rium vndarum copia est. um die
scruta

Extingue sitim quisquis es. ob- bes in
lectationes animorum queris? ma- ma, pa
ria hic sunt. Ne exhorreice hoc Vina t
profundum. licet mergeris, bea- las has
tus. & sanè felicia in inenabili- guiner
hoc profundo naufragia sunt. poner
quid hæres? beatus ille qui ad amo- cula ar
ris hosce scopulos impingit nauis- nobil
quem absorbent fluctus, effocant- noster
vndr mei, et

vndr, ne verere. quin & totis faucibus elementum hauri. permistus amor fluctibus est, innexa his vndis scientia est, omnisque eruditio perennatura. quam nulla temporis longinquitas, nulla inualentudines frangēt minuentve. quod si pergis hic etiam sitire, si ignorantis integri, ignauitæ tuæ tribue: nam si vel ora releras, influent totis ostiis oblectationū flumina. sin deliciarum venaris rorem? fontes reperies perennes, nulloq; sitibundum anhelumque venatorem suum die destituentes. Amorum percrutaris torrentes? flumina hic habes in quibus natet hæc amans anima, paradisiacis meliora, certiora. Vina te delectant? ingredi celas has promas. quid metuis sanguinem? vina fundunt nullis componenda. hinc fortunata illa pocula amoris mista manibus, quibus nobili celeusmate præt poillator noster, *Bibite & inebriamini amici mei,* ebrietas hæc Virgines, Martyres,

res,

res, Doctores generat. erant hu
 perfusi Apostoli, cum momen
 citius piscatores facti sunt orb
 Doctores, à plebio sago & pe
 nati momento saeculorum mag
 stri. nusquam hic scholæ, nusquam
 magistri, nusquam libri, nusquam
 rostra & emulæ exercitationes v
 cælesti spiramine, à rustica scap
 ab agrestibus retibus, à perenn
 piscatione prodeunt omni facun
 dia, Philosophia, Theologia in
 structissimi. intuere altitudinem
 Pauli, maiestatem Petri, gravita
 tem Iacobi, robur Thadæi, acume
 & delicias Ioannis. & vide an vll
 seculâ à quacunq; eruditione pa
 ratios tulerint. intuere omnium
 vbiq; gentium vernaculos scrip
 tores, & vide, num quis Paulo ri
 metur profundius, Petro doceat
 augustius, Iacobo exsurgat gra
 uius, intonet Thadæo validius, suat
 Ioanne in epistolis suavius, an
 anteprouida futurorū cognitione
 in Apocalipsi extollatur sublimius
 atq;

atq; hæc vno superno afflatu Christi cruce & sanguine tanquam anteaambulaculo ac prænumerario didactico institutionis non multò post sequuntur, dum vnus Spiritus & validos amoris ventos & doctas iaculatur linguas, omnium ætatum scientiarumque omnium eruditricas.

Quòd si sapientiæ reliquarumque te virtutum pulcritudo capit: plena hic nemora sunt. & quæ fecundior hac arbore silua, è qua poma carpas primordialis delicti & dolosi pomi ementitæ sponsonis depulsoria? excute ramos, quæ cælum se terræque porrigit patulos, quos flores fructusque desiderabis, siue ad delectationem variis, siue ad necessitatem certos, siue ad mala pellenda medicos? Odoribus delectaris? fuit hæc arbor odoratoribus lacrymis, quàm quæ terrarum vltima odorumque diuites Arabes odorato diffundunt imbri. Peccata re terrent?
imer-

inmergere his lacrymarum, & sa
 guinum balneis, perlauaueris. Me
 ste animis. & rape has occasio
 certi nitoris, felicitatis certa, velle
 le tu nihil penes Deum nisi nauis
 antis stomachi fastidium, arboris
 as qualis penes aquas feritur & in
 fructibus perennat. ne dubita
 mergi his balneis, mundaberis
 abstergeturque quidquid aut ve
 tus error inquinauit aut ignoran
 tia contaminauit, aut detcedant
 improbitas; mundamque peccato
 ris tui domum Spiritui sancto ser
 peruerturo parabit, quod se ille cum
 celestibus donis lubens volensque
 inseret.

Neque tu hic mihi ingenij tenuita
 tatem, aut languentis memoriae
 fluxam labilitatem adfer. nihil e
 nim altitudo aut hebetudo mentis
 ad caelestem hanc institutionem
 virtutum insationem, scientiarum
 largitionem afferunt adimuntque
 omnis mens bona omnium hic ca
 pax est, peccus omne docile est
 genitum

genium omne idoneum est. tantum aude & persta. quo maior fiducia, plus referes. quo ardentior amor, hoc magnificentior dextera, & eruditior scaturigo est. Aude. Quid repulsam vereris? etiam post illam patet via. bibe. quid ebrietatem pertimescis? etiam ebrietas hic laudata. amplectere. quid virginem tuam circumspicis? omnis hinc exulat non castus pudor. oscula infige. quid oris verecundiam pudicamque frontem cogitas? nihil his basiis coelum terraque tulit castius. Quid aetatem adfers, aut congenitam ingenij tarditatem recenses? tenellæ hic virgines vincunt viros, pueri Philosophos rident, & indocta plebecula primos Theologos post se relinquit. docent Cecilia, Catharina, Agnes, Agatha, Lucia, Christiana, Susanna, Domitilla, Prisca, Emerentiana, Barbara, nec vlla eruditior scientia est indocta hac inscitia, quæ extra Christum suum, illumque cruci-

P
suffi-

suffixum nihil nouit, felix igno-
rantia, dilecta Deo, æternitatis se-
cia. sola prudens, sola docta, sola
secura sui, sola æternum beata, vi-
uere æternum.

Erigere anima. uiue hac celo
piens, fatua terris. uiue celo cog-
nita, ignorata terris; celo docta,
indocta terris; cœlorumque ele-
uentia, Philosophia, Theologia
instructa, infans & neglecta terra
felix infantia, ineruditio felix, qua
te doctam statuit Deo, & illi soli
æternum illi. felix quæ extra hunc
vnum nihil audit, videt, loquitur
extra crucifixum suum nihil intel-
ligit, meminit, sapit: extra hæc
vulnera nihil ambit, amat, sequitur.
cuiusque litteræ omnes, Philo-
sophia ac Theologia omnis, æter-
nitatis, votæque omnia & calen-
tia de penetrati pectoris suspiria
eunt in vnam crucem.

Hoc demum viuere, hoc scire
hoc sapere est, intra hæc vulnera
viuere, morienti comori, patienti
con-

consociari, suffixo affigi, totumque in cruce hac amoris nidum figere. nec aliud præter hunc flagris concisum, pugnis contusum, spurtis turpatum, vinculis arctatum, spinis coronatū, clavis confixum, lancea perfoſſum nosse & sapere. Hic enim omnium scientiarum finis & terminus, hic spei & fiduciæ nostræ, hic fidei & amoris, hic coronæ & gloriæ, hic triumphi & beatæ æternitatis semita & meta est. fructe anima mea, & pascere teque ipsam exple hac scientia, quæ sola verè doctum, sola sapientem statuit, & extra quam omnis humana eruditio, eloquentia, Legum peritia, Medicina, Philosophia, Theologia infantia, mera fatuitas, & extremi delirij ultimæque inscitæ certissima consignatio est.